Tentamen medicum inaugurale, de menorrhagia ... / Eruditorum examini subjicit Robertus Forrester.

Contributors

Forrester, Robertus. University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi: Typis Georgii Mudie et Filii, 1795.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/hxzwnktd

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

MENORRHAGIA.

TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE,

DE

MENORRHAGIA:

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Austoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S.S.T.P.

Academiae Chinburgenae Praefedi.

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu, Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ROBERTUS FORRESTER,

HIBERNUS.

SOCIETAT. HIBER. MED.

NEC NON

BOCIETAT. CHIRURGO-PHYSICÆ SOCIUS.

Ad diem 12 Septembris, hora locoque folitis.

Edinburgi:

CUM PRIVILEGIO.

TYPIS GEORGII MUDIE ET FILII.

MENORRHAGIA

ANNUAL SERVICE SERVICE OF THE PARTY OF THE P

ATTACHER REPORTED TO THE PARTY OF THE PARTY

CEORGE SEGMENT SERVED OF THE

Sewala III

president de la companya de la compa

company news and season

ATTER TO STREET, WILL AND STREET, STRE

TION AND THE STATE OF THE STATE OF THE

ANTERNATION CUT MORE THAN

CONTRACTA DESCRIPTION OF STREET

Sick nature blafting and to heartless woe,

And feeble desolation; casting down

The towering hopes, and all the pride of man,

you pitying faw;

To infant weakness, shrunk the warrior's arm;

Saw the deep racking pang, the ghaftly form,

The lip pale quivering, and the beamless eye

No more with ardour bright!

THOMSON'S SEASONS, SUMMER.

TENTAMEN MEDICION

MENGRRRRAGIA

from duxum fatori teminar generique una menmano propagando imprimir necessarionis from
mano propagando imprimir necessarionis from
mento indirece narricheria i probaganis enim le
feminas qualdam vicilie dicit, quibus mento
nunquan apparagrunt. Idem feminis ilrafilient
fibus accidiste ferras. Linnicus mentos mentos
fibus accidiste ferras. Linnicus mentos ilrafilient

TENTAMEN MEDICUM

Lunari; imo, qualdam, quibus annoquam appa-

ad loisinise ideam inlum saffer semicial or

MENORRHAGIA.

Seatentin value is calcherring Physiologia

figures Medice caspai nominie negant te, mis

PLEROSQUE inter auctores convenit menfium fluxum faluti feminæ generique humano propagando imprimis necessarium. Nonnulli tamen funt quibus hæc sententia fundamento lubrico niti videtur; Junkerius enim se
feminas quasdam vidisse dicit, quibus menses
nunquam apparuerunt. Idem feminis Brasiliensibus accidisse fertur. Linnæus memorat seminas

ftruari; imo quassam, quibus nunquam apparent menses, et nihilo secius utrasque bona valetudine frui, addit autem illas semper esse steriles. Utcunque sit, nostro in cœlo, ex mensibus retentis vel suppressis, multi morbi perniciosi oriuntur. Medici magni nominis negant se, nisse cum menses prius prodiissent, graviditatem accidere unquam vidisse. Vix opus est ut menses sint rubri coloris, satis videtur si humor serosus sluat.

Sententiæ variæ à celeberrimis Physiologis in medium prolatæ sunt ut explicent ex quibus causis menses pendeant, has tantum obiter attingam, quoniam Anatomici ex quo sanguis menstruus sluat, inter se parum consentiunt. Nonnulli è vagina, alii rectius, me judice, ex utero provenire contendunt. Quidam præterea ex venis, alii ex arteriis sluere assirmant. Sententia autem à peritissimis Artis Medicæ usurpata, inter eos à celeberrimo

celeberrimo Monro, qui sanguinem ex arteriis in superficie interna uteri sparsis ejici contendit, longe side dignissima videtur.

this off and feel menter the trees the floor of the

Quidam ex priscis philosophis mensium fluxum Lunæ potentiæ in corpore muliebri imputarunt, neque liquet quis primus hypotheseos hujus auctor fuit. Quibusdam placuit (hujus inventi utilis, ut iis, temporibus illis caliginosis visum est, Asclepiadi, aliis Erisstrato,) honorem tribuere. Menses humori acri fermentanti in genitalibus ipsis secreto, ut sit in lue venerea, à compluribus attributi fuerunt. Postquam autem œconomia animalis melius explicata est, hæc sententia, æque ac multæ aliæ, ex toto desuevit; patet enim observationibus evidentissimis, feminas certo die huic fluxui non obnoxias, quod alio pacto haud potuisset fieri, si Lunæ quid potentiæ ni eum fuisset; ad hoc, feminæ huic fluxui, omnibus

Andi preled teinis Dana in A

omnibus temporibus, et in quaque regione terrarum orbis, æque sunt obnoxiæ*.

Quod ad fermentum acre in utero situm attinet, id semper frustra quæretur, ubi nihil nisi
succi blandi mucosi, et ubi Venus, quæ omnes
hos succos expellit, menstruorum prosluvium nec
auget nec minuit; feminæ enim negant, hoc
tempore, partibus dolentibus languidisque, se
appetitum veneris auctum habere.

Menies humori acri fermentanti in genitalitos

Paucis abhinc annis Doctor Emmet sententiam inusitatam in medium protulit, ait solito plus sanguinis seminarum naturalibus venerem appetentium derivari, et hunc sanguinem venis recurrentibus haud facile exceptum, partim in vasa super internam uteri superficiem sparsa infundi, ibique copiosé collectum, utero stimulum præbere, uteroque se contrahente, essundi. Præter errorem anatomicum, ait Monro, in quem

^{*} Audi prælect. eæimii Duncan.

hic vir ingeniosus sectatoresque ejus inciderunt, positiones suas non satis probando, multa alia huic sententiæ obstant*. Si vera esset, menses, qui certis temporibus apparent, tam constanter, ut quotidiana observatio probat, non sluerent. Si ex libidine, venerisque appetitu penderent, foret, ut seminis magnopere debilitatis, adeoque pravis cupidinibus plerumque carentibus, se rarissime ostenderent.

Patroni strenui, post Galenum, plethoræ generalis, inter quos Friend et Boerhaavius, ad doctrinam sirmandam summo ingenio niss sunt, et noster celeberrimus Monro in eandem sententiam ivisse videtur. Doctrina plethoræ partialis, vel sanguinis topicæ congestionis, in locum plethoræ generalis subiit, quam Simpson eruditus in dubium vocavit. Van Swieton

of h Vils Chinas Windington's Expeditental Inquiry.

a Cookst experimentis Exprina Cliffon Wintrings

singgrafil ... Grodelg murcuev the toris at schang

Audi prælect. celb. Monro.

† Vide Simpson on the Womb.

hanc sententiam tenuisse, et Hallerus* non improbasse videtur, quamvis hic utrasque sieri potius credidit. Ex quo tempore, existentia plethoræ topicæ, licet non prorsus probata, experimentis tamen celebris Wintringham verisimilior reddita suit, Cullenus eruditissimus doctrinam novam introduxit, hanc quam brevissime
dicam.

Hiten meen derentandem evolute theida majore

Constat experimentis Equitis Cliston Wintringham, densitatem tunicarum, pro rata parte,
venarum, ad eam arteriarum, in teneris, quam
ætate provectis animalibus esse majorem †; ex
quo conjici licet, renixum transitui sanguinis ex
arteriis in venas juventa, quam senectute majorem;
quam ob rem plethora arteriosa usque ad mediam
ætatem adest, arteriis autem perpetuò distentis,
tandem earum densitas contractioni cordis resistere valet, hinc sit venarum plethora. Corporis
evolutio

^{*} Vide Elemen. Physiolog. Halleri.

[†] Vide Clifton Wintringham's Experimental Inquiry.

evolutio et incrementum, ex hoc plethoræ statu, æque ac incrementum alicujus partis, ex impetu et copia sanguinis ad eam delati una cum renisu solidorum et vasorum propter eorum capacitatem pendent. Quam ob causam (ut videtur) caput primum evolvitur, (majore copia sluidorum ad id derivata) quibus rebus vasa ejus densitate sua, sanguinis impetui magis resistere valent. Aorta descendente tota tandem evoluta, sluida majore impetu per aortam descendentem in regionem uteri propelluntur, cui sanguis stimulum præbet, hinc nisus hæmorrhagicus oritur, quo vasorum ora dilatantur, et sanguis ex utero essunditur.

Physiologi frustra, extempore Hippocratis usque ad hunc diem, quare menses statis temporibus redeunt, summa ope deprehendere niss sunt. Haud facile exponitur, niss conjicere liceat, vasis uteri debilitatis et inde congestione inductà, menses ut antea semet ostendant.

quo copilei licere, renixum, remnui faugumis ex

In regionibus calidioribus Afiæ, Africæ, et Americæ, annum circiter decimum et fæpe nonum plerumque maturescunt puellæ, et quamvis in illis regionibus profluvium menstruorum fit minus copiofum, maturius tamen apparet. Intervallum hujus fluxus in omni regione penè idem, hinc discrimen inter singulas feminas non populum. In regionibus Australibus, menses alias feminas intervallo quindecim dierum, alias quinque vel sex hebdomadum, adoriuntur. In hac nostra regione ad septentrionem magis spectante, menses virginibus, ab anno decimo quarto ad decimum quintum, raro cis vel ultra, femet ostendunt, et intra spatium triginta dierum, plus minusve redeunt.

Mensium causa, ait Buffon*, est sanguinis redundantia, et necessario nutrimenti; symptomata enim hoc prosluvium præcedentia, nempe calor, tensio, dolor, non solum in partibus ip-

mary whole sound he such

fis,

^{*} Vide Buffon's Natural History.

sis, sed etiam in proximis, totidem repletionis sunt signa. Nimiam sanguinis copiam etiam demonstrant, mammarum tumor, areola circum eas obscurior, oculi hebetes, et in cavis se condentes, genarum rubor, capitis dolor, totiusque corporis lassitudo*.

Quod ad usum et causam mensium attinet, inter auctores haud quaquam convenit. Antiqui, æque ac major pars recentiorum, eos ad sœtum nutriendum destinari existimârunt; huic tamen opinioni multum objicitur, quod non meum est investigare. Ad inceptum igitur redeam, morbum scilicet, quem mensium nimia profusio gignit, tractare, qui morbus à Culleno erudito sic definitur.

[&]quot;Dorsi, lumborum, ventris, parturientium instar dolores; menstruorum copiosior, vel fanguinis è vagina præter ordinem sluxus."

B

di cuinti de la comine de la co

HISTORIA MORBI.

Lot desire anticominate and far interior or last vigal

Mensium sluxus sæpius rediens, diutius durans, solito copiosior, quam cæteris temporibus in eadem feminâ, morbidus habendus* est. Quoniam pleræque feminæ, ut supra memoravimus, variationibus non solum spatii, verum etiam copiæ mensium obnoxiæ; ob eam rem, morbidi non sunt habendi, niss gradu immodico sluant, diu permaneant, debilitatemque manifestam inducant.

Si menses copià folito majore fluant, et dolor capites vertigo, dyspnœa, horror, dorsi, lumborum dolor, pulsus frequens, sitis præcedant, tum immodici sunt habendi. Cum, ex signis ante dictis, facies pallescit, pulsus vix percipitur, insolita lassitudo exercitatione minimà, dorsum

fitu

^{*} Vide Cullen's First Lines, p. 11. vol. iii.

fitu erecto dolet, extremitates sæpe frigescunt, et pedes vesperè ædematoso tumore afficiuntur, tunc inferre licet sluxum mensium immodicum suisse, jamque debilitatem perniciosam adesse.

the ministrate hand fluxun mis copies.

Hanc debilitatem etiam demonstrant anorexia, nausea, vomitio, et alia dyspepsiæ signa, cordis palpitatio, animi deliquium frequens, præsertim ex levibus causis subito oblatis. Talem plerumque decursum et sinem habet hic morbus, ubi inveteraverit; pauca tamen ab auctoribus memoriæ prodita sunt, ubi sluxus mensium tam immodicus et subitaneus suit, ut prius, rebus in pejus ruentibus, ægra infelix è medio sublata sit, quam medicus ferre ei auxilium potuit, cujus duo aut tria exempla tristia egomet vidi.

Quamvis debilitas nondum eò processerit, ut hæc mala signa creet, leucorrhæa tamen nonnunquam subit, quæ nihil aliud nisi menorrhiæ species fpecies videtur*. Leucorrhœa interdum eosdem effectus ac menorrhagia edit, modica tamen, et tantùm levi menorrhagiæ gradu stipata, sæpe diu, sine ullo debilitatis periculo, durare potest; hinc mihi videtur, hunc sluxum, nisi copiosissimus sit, diuque maneat, insignem debilitatem non creare.

DIAGNOSIS.

In diagnosi instituendà oportet, nisi in errorem incidere vellemus, inter menorrhagiam et menses in statu naturali accurate dijudicemus. Copia sanguinis menstrui, in diversis seminis, et etiam in eadem semina diversis temporibus, præsertim circa ortum et sinem, multum dissert. Dictum est ante, menses intra spatium triginta dierum plus minusve redire; restat memorare, copiam sanguinis singulis vicibus excreti, ab quatuor ad

fex

^{*} Audi Prælect. Celeb. Gregor,

fex uncias, computatam esse. Ex hac lege tamen, valetudine feminæ ad huc integrâ, multa excipiuntur.

Recte dici non potest, mensibus spatio duarum vel trium hebdomadum semet ostendentibus,
vel etiam unciis paucis solito copiosioribus, dum
sanitate fruatur, feminam menorrhagia laborare.
Hisce omnibus inter se collatis, vix sieri potest,
ut regulam certam de reditu, duratione, et copia
mensium, constituamus; hinc, me judice, habitus
ægræ corporis, morbi prægressi cum multis aliis
in historia memoratis, sat erint ad morbum
adesse monstrandum.

CAUSÆ REMOTÆ.

Causæ remotæ ad duo capita referantur, nempe, quæ uteri vasorum actionem augent, vel minuunt. Ad primum pertinent, quæ actionem totius

totius corporis augent, ut diæta nutriens, suppresse evacuationes solitæ, vita sedentaria. Huc
etiam referuntur agitatio vomitûs, ebrietas frequens, pathemata animi incitantia, exercitatio
vehemens, alvus dura, venus nimia. Ad secundum pertinent causæ vasa uterina laxantes et
debilitantes, scilicet, cubicula calida, balneum
tepidum, theæ et cosseæ usus immodicus, evacuationes nimiæ, frequens partus et abortus, &c.

CAUSA PROXIMA.

Hæmorrhagiæ, à Culleno celèberrimo, ad congestionem topicam eodem tempore cum plethora occurrentem referuntur, et summo ingenio hujus morbi decursum, secundum evolutionem organorum diversorum, investigat. Huic cause, judicio nostro, merito attribuit cur epistaxis maturè apparet. Forsan conjicere licet hæmoptysin ex simili causa oriri.

In fœtu, pulmonem officio cor, et aliud naturæ artificium ex magna parte funguntur, et quidem, compluribus annis post partum, ad plenum incrementum non accesserunt. Hinc, ut hæmorrhagiæ raro occurrunt, nisi in organo ex toto evoluto, hæc species hæmorrhagiæ hæmoptysis appellata, epistaxin plerumque excipiet. Ambigitur necne hanc doctrinam morbo de quo nunc agitur applicemus; namque fluxus menstruus, natura usui maximi momenti destinatus; morbus haudquaquam habendus. Quodammodò tamen tempus quo menses sluunt explicabit. Hoc non accidit donec uterus majorem sanguinis copiam quam fat est ad nutriendum accepit; hinc fortasse, propter structuram ejus peculiarem, copiam abundantem effundit.

Omnibus his rite perpensis, facile inferamus, fi actio uteri augeatur, vel aucta actione systematis, vel causis in hoc organum agentibus, suxum menstruum auctum iri, et diutius protractum.

tractum, hunc morbum geniturum esse. Ex hoc facile intelligitur actio causarum remotarum, quæ, actionem vasorum systematis augendo, hunc morbum excitant.

Quod ad hunc morbum à causis remotis capitis fecundi inductum pertinet, haud dissicile est positu, utero sano, vasa ejus, sluidis suis pro ratâ parte essus, semet contractura, hac autem contractione aliqua causa impedita, sluxum esse perrecturum. Aliquid huic simile in membro amputato videri potest. Côrpore sano, hæmorrhagia, vasis semet contrahentibus, spontè sistit; corpore autem enervato, vi systematis ad hanc contractionem non valente, sanguis sluet, donec, astringentibus externè applicatis vel tonicis exhibitis, quæ vires systematis augeant, impediatur.

PROGNOSIS.

Si judicium rectum de eventu hujus morbi faceremus, causis remotis et earum actioni animum advertere oportet. Si hæmorrhagiæ speciem activam vulgo dictam creent, inferamus periculum majus immenere, et opem medici magis necessariam. Si morbus sit chronicus, aut causis debilitantibus inductus, periculum minus erit, quamvis spes sanandi, pro rata parte minus. Si ægra multum enervetur, et morbus fæpe redierit, eventus anceps erit. E contrario, morbo recente, si ægra vigeat, spes est eventum faustum futurum. Copia fanguinis, ex magna parte, judicium etiam diriget. Quo major fanguinis copia, eo infilicior prognofis erit, quoniam hae re totum corpus magis enervatur, et vafa in hac morbida actione diutius tenentur. Hæmorrhagiæ species, ex schirro, cancro, aut uteri polypo, plerumque, si non semper, artem eludit; nihilominus remedia in his vitiis præscripta exhibeantur.

RATIO MEDENDI.

Si judicium rectum de eventu bujus morbi

In hoc morbo tractando, operationi caufarum remotarum attentionem dirigamus oportet, five auctam uteri vasorum, sive totius systematis actionem concitaverint. Omne huic actioni favens vitandum. Motus musculorum reditum fanguinis venosi accelerando, facit ut cor se celerius contrahat; hinc fanguis in varias partes' corporis, et necessariò in uterum, majore copia propelletur, vasa uterina in contractiones validiores consitabuntur, et sanguinis fluxus erit copiosior. Exercitatio omnis generis tunc vitanda, præsertim quæ situm erectum exigit; his enim rebus, sanguis majore copià per aortam descendentem defertur. Oportet ægra situm recubantem teneat, duro in lecto frigido aeri exposito cubat, omnesque violentes animi affectus fugiat. Cibo nec stimulante, nec plethoræ favente, uti debet; ex oleribus maxime constet; liquores

omnes

Cavendum est etiam mitibus laxantibus, nempe crystallis tartari, oleo Ricini, sloribus sulphuris, &c. ne sæces canalem alimentarium irritent. Ad sanguinis impetum minuendum, frigus corpori externè applicatum à quibusdam præscriptum est, et optimo fructu in Nosocomio Regio exhibitum interdum vidimus.

Quod ad venæsectionem attinet, Culleno visum est, hoc morbo, dorsi doloribus parturientium dolores referentibus, stipato, sluxu eodem
tempore copioso, unà cum pyrexià, tum venæsectionem in brachio conducere, quamvis non
semper necessariam. Profectò morbum non semper sanat, et nonnulli existimant ea re frequentius redire. Timendum est etiam ne imbecillitatem magnam inducat, et hinc hydropi aut alii
morbo debilitanti originem præbeat.

Thepil : tot noo omizem surfrolo za.

Confensus inter uterum et mammas diu à Physiologis observatus est. Hippocrates, quamvis forsan nihil tale erat ei in animo, cucurbitularum applicationem mammis valde commendat; verba sunt hæc. "Mulieris menses cohibere si "velis, cucurbitam quam maximam mammis ap-"pone." Noster eruditissimus Professor Doctor Home, in suis experimentis clinicis, narrat exempla duarum mulierum, in quibus, hoc, aliis remediis diustrustra exhibitis, cum fructu tentatum est. Idem in hæmatemesi utile etiam invenit; potens quidem remedium, et plus prodesse quam vulgo crediter, putat *.

Emetica efficacissima in hæmorrhagia sananda habita sunt, præcipuè à Doctore Bryan Robinson. Cullenus quoque in nonnullus exemplis utilia comperit.

Epispastica à nonnullis auctoribus meritò multum commendata sunt. Cullenus hæc vi stimulante

Alga statell some think to hand by

^{*} Vide Home's Clin. Exper.

lante præcipuè agere putat; oportet tamen alias vires habeant, aliter tam utilia in peripneumonià aliisque phlegmassis non inveniremus. Forsan in his morbis irritationem tollendo agunt; et licet conjicere simili modo agere in morbo de quo nunc agitur.

pinie Wellfording de Mindelling Dogwood

Opium in menorrhagià fanandà multum laudatur. Procul dubio irritationem fystematis minuendo, morbus per aliquid tempus suspendatur, et intervallo corpus pristinum vigorem recuperet. Supervacuum nunc esset opium stimulans an sedans inquirere; sat erit scire, quòd in menorrhagia à scriptoribus optimis imprimis utile compertum suit, scilicet cum menorrhagia passiva est.

Applicationes topicæ in hoc morbo fæpe profuerunt, quales frigida aqua pura, vel aceto mixta, et pelvi vel lumbis cum pannis linteis appliçata.

hatel arean i que alto de la colone de la co

Balneum frigidum topicum in utero laxato cum fruge exhibitum est; sed hisce omnibus palmam facile præripiunt clysmata frigida. Quamvis in uterum injicere difficile sit, injectiones tamen in vaginam haud raro profuêre. In hoc consilium, aquâ purâ in qua paululum aluminis, vel sacchari saturni solutum suit, uti possumus. His quoque addenda sunt astringentia interna, uti preparata ferri, ex metallis; ex vegetabilibus, gummi kino, catechu, cortex quercûs, uva ursi, &c.

Nequaquam silentio prætereundum est remedia tonica, ut exercitatio lenis, cortex Peruvianus, Angustura, Soimida, &c. in pulveris forma, vel menstruo ullo grato capta.

FINIS,

les/ignes refiler in has morbo in po pro-

cam increase highland arriging an armollagues cam increase with fad hiles considue palming, their hiles considue palming, their quarties quarties and california freeze for anythin mascre, difficult fir, injection as tangen in carpinam, bout rate production the face considered partners. In face considered and the quarties have a face of a considered from altringentia interest, the quarties have a face, and considered from altringentia interest, and proporties from the carties and the carties are calculated and carties and carties are calculated and carties and carties are calculated and carties and carties are calculated and calcula

Nequaquam filential printereundum eft remedia consta ut exercitario tenta, correx l'eruvianus, Angullura, Salondia, del in pelvera forma, vel menitino ulto grato capia.

PINIS

A SECURE SERVICE CONTRACTOR OF THE PROPERTY OF Services again station in the company of the company of the Description of the second second second second second second the state of the s